

fol. 48 b.

(23) De Francia nobilis quidam homo nobilem || de Saxonia Saxonum lege duxit uxorem. Tenuit eam^a multis annis et ex ea filios procreavit. Verum quia non hisdem utuntur legibus Saxones et Franci, causatus est, quod eam non sua, id est Francorum, lege desponsaverit vel acceperit aut dotaverit, dimissaque illa duxit alteram. Definivit super hoc sancta synodus, ut ille transgressor evangelicę legis subigatur^b penitentię, a secunda coniuge separetur, priorem resumere cogatur.

(24) Quorum illicita coniugia discindenda sunt, volumus, ut iuramento confirment, ne ad unam mensam nec sub uno tecto umquam simul sint¹. Res, quas communes habuerint, dividant ad statutum diem, et deinceps ne colloquantur ad invicem nisi in ecclesia vel in publico.

(25) Si^a possit fieri, mortui non alibi sepeliantur preter ad ecclesiam, et deinceps nihil exigatur pro pretio sepulture.

(26) Dictum est solere in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari, pro baptismo quoque^a et communione. Hoc simoniacę heresis semen detestata est sancta synodus et anathematizavit, et ut de cetero nec pro ordinatione nec pro chrismate vel baptismo^b nec pro sepultura vel communione quicquam || exigatur, sed gratis dona Christi gratuita dispensentur.

fol. 49 a.

(27) Delata est coram sancta synodo querimonia plebis^a eo, quod sint quidam episcopi^b nolentes ad predicandum vel firmandum^c suas per annum parochias circuire, qui tamen exigant, ut mansiones, quibus in profectioe uti debuerant, alio pretio redimant, quę^{d. 2} parare debent. Que duplex infamia et neglegentię et avaritię^e sanctę synodo magno horrore fuit^f, et statuerunt, ne quis penitus ultra exerceat id cupiditatis ingenium, et ut sollicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis.

(28) Perlatum est quoque ad sanctam synodum, quod quidam laici inprobe agant contra presbiteros^a ita, ut de morientium presbiterorum substantia partes sibi vendicent sicuti de substantia rusticorum suorum^b. Interdicimus itaque, ne hoc ulterius fiat, sed sicut^c liberi facti sunt ad suscipiendum gradum et agendum divinum officium, ita ab eis nihil exigatur

1) sint simul C¹. 2) qui scr.?

23 (Burch. 9, 76). — a) eam — om. b) subigatur — *subiugatur* (!).
 25 (Reg. 1, 128). — a) Si — *Ut si*. 26 (Reg. 1, 129). — a) pro baptismo quoque — *solere quoque pro baptismo*. b) nec pro chrismate vel baptismo — om.
 27 (Reg. 1, 12). — a) plebis — *plebium*. b) quidam episcopi — *episcopi quidam*. c) firmandum — *ad confirmandum*. d) quę — *qui*. e) neglegentię et avaritię — *negl(i)gentia et avaritia*. f) magno horrore fuit — *horrore fuit magno*.
 28 (Reg. 2, 39; App. 1, 42). — a) suos *inss.* b) substantia rusticorum suorum (cf. App. l. c.) — *proprius servis R.* c) sicut (cf. App. l. c.) — *sicuti R.*